



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Omnibus in præfecturâ charus, grauis nemini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

*Omnibus  
in praesentia  
charus,  
gravis ne-  
mini.*

*Idem om-  
nium de  
eius virtu-  
te iudiciū.*

*Perpetua  
oris hila-  
ritas.*

*Gaudet  
morsifica-  
tionibus.*

sebantur) qui de eo quereretur. Quin etiam in posterum, si quando aliquem è successoribus eius deprædicare vellent, ut magnum dicere solebant; Videtur alter esse Berchmannus. Quicumque eum aut videbant, aut cum eo versabantur, Angeli instar suspiciebant. Ac semel aliquis coram, ut ingenuo eum rubore perfunderet, narrabat; quo tempore beatissima Virgo miracula in Aspero-colle perpetrare cœpisset, eodem quoque tempore insigne vnum fecisse Diesthemij; ubi Angelus quidam humanâ carne vestitus apparuisset (digito ad Ioannem intento) qui specie moribusque Angelus audiebat. Enim verò eam semper oris hilaritatem alacritatemque præfererat, ut eum aliqui S. Hilarium, alij S. Latum facetè appellarent. Nec intervallo placidus erat, & rursus ex placido turbidus; sed, perpetuo tenore blandus, etsi illi natura non ignavi sanguinis spiritusque generositate ferueret. Sui ipsius subiugatione contumeliosque gaudebat; laceras pannosque vestes amabat; publicè reprehendivilibus applicari operibus exoptabat: gestiebat quoque asellum suum (ita corpusculum vocabat) abs se alijsque fatigari. Cupiebat autem flagrantissimè, suas sibi culpas coram alijs exprobrari; quarum ut syllabum aliquem Superiori adferret, ab his illisve, equos